



Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

20. Mortis prodromi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77028](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77028)

Æternitatis Prodromi Caput III.

73

medium extrema noctis tue invitabas ad laudem, cum in vultu & voce exultationis, subito erupisti in illud Davidicū, stupentibus qui assistebant: *Laudate dominum de calis, laudate eum in excelsis*. Jam tibi, frater mi, nocte adhuc mediā discebat, nox sicut dies illuminabatur. Accitus sum ego ad id miraculi, videre exultantem in morte hominem, & insultantem morti: Ubi est mors victoria tua? ubi est mors stimulus tuus: Jam non stimulus, sed jubilus. Jam cantando moritur homo, & moriendo cantat. Usurparis ad lætitiā mater mœoris, usurparis ad gloriā gloriæ inimica, usurparis ad introitum regni porta inferi, & fovea perditionis, ad inventionem salutis, idque ab homine peccatore. Juste nimirum, quia tu iniquē in hominem innocentem & justum potestatem temerariam usurpasti. Mortua es o mors & perforata hamo quem incauta glutisti, cujus illa vox est in Propheta: *O morsero mors tua, morsus tuus, ero inferne*. Illo, inquam, hamo perforata, transeuntibus per medium tui fidelibus latum lætūque exitum pandis ad vitam. Gerardus te non formidat, larvalis effigies. Gerardus per medias fauces tuas transit ad patriam, non modo securus, sed & lætābundus & laudans. Cum ergo supervenisset, & extrema jam Plalmi me audiente clara voce complexer, suspiciens in cælum, ait: Pater in manus tuas commendo spiritum meum. Et repetens eundem sermonem, ac frequenter ingeminans, Pater, Pater, conversus ad me exhilaratā facie, Quanta, inquit, dignatio Dei, patrem hominum esse? quanta hominum gloria, Dei filios esse & hæredes! sic cantabat, quem nos lugemus, in quo & meum (fateor) luctum panē in cantum convertit, dum intentus gloriæ ejus, propriæ ferē miseriam obliviscor. Mori malē non potest, qui non malē vixit.

§. 17. Qualis vita, talis mors.

Venator defessa toro cum membra reponit, Mens tamen ad silvas & sua lustra redit. Nimirum quæ diurnis agitamus curis, recurrant nocturnis. Eodem profus modo, quibus in vitā insuevimus, ea placent & in morte. Hinc talis plerumque mors est, qualis præcessit vita.

Aurifabrum ajunt fuisse, cui etiam in ipsā fati lineā libuit esse negligentem salutis, & plus curare argentum quam cælum. Huic argentea Christi crucifixi statua veneranda atque osculanda porrigebatur, monebaturque mortem illius cogitare, qui humanam gentem ab interitu revocasset tam acerbo leti genere. At ille inferorum ac calci, ille sui atque Dei, ille omnium sanctorum cogitationum oblitus: Et quæso, ajebat, quot pondo esse censetis hanc imaginem? Aurifex miserrime, non sanctiora cogites, in hoc æternæ salutis punctificio, in illo quo vita & mors distinguitur monēto. Ita prorsus quod diurnis versamus studiis, id nocturnis somniamus ludibriis, & quod in vitā agimus, in morte cum agimus animam, raro desinimus. An non hos tales vulpi similes esse dixeris? quæ cum ad patibulum duceretur, ultimum adhuc plateam anserum transire cupiebat: ita qui aurum amant, qui voluptates inhiant, oculis jam morte pressis, & spiritu supremos anhelitus red-dente, etiamnum aurum, etiamnum voluptates somniant. Sic vivimus, si sperimus.

Quantō melius Socrates, qui nec ipso quidem excessu vitæ, sui & honesti potuit oblivisci: Quantō sanctius ille Christiani sanguinis, nec infimæ fortis famulus? Aurilicū erat servitium Oenoponti graviter decumbens, jamque rationes cum sacerdote putarat, cum usu venit ut sui levandæ frigidam posceret. Datur: & cum porteto poculo, dicis causā, jubetur ei, quem amicissimum haberet, propinare. Leætulum fortē aulica turba coronabat. Tum ille circumferre oculos, & ex adverso Christi patientem iconem contemplari, atque: Christo, in-

Tom. I.

Aquit, propino charissimo meo, qui me ab inferis vindicavit. Cujus dicti suavitatis omnium animos mirè permulsit, at ille postmodum ad amicissimum feliciter migravit. *Non sic impij, non sic.*

Antiochus Rex Syriæ Judæos immanissimè vexavit: Antiochus Maximinus verò Imperator crudelissimis edictis & atrocissimis cruciatibus funditus Christianos delere statuit, quorum uterque tandem divinā se excrente justitia in morbum deterrimum lapsus, cum aliunde nulla se auxilij spes ostenderet, ille Judæos, hic Christianos enixissimè rogavit, ut pro salute ipsorum supplicarent Deo suo, simillimi planè corvo Ætopico, qui cum lethali morbo urgeretur, matrem assidentem monebat, ne appropinquaret sibi: quin potiùs sanitatem suam precibus commendaret Diis. Cui illa: O mi fili, quem Deorum tibi propitium fore confidis, cum nullus sit, & cujus arā, victimarum partem non lis furatur.

B Ergo quales vivimus, tales morimur, tales & judicamur, tales aut Orco asserimur, aut Cælo.

§. 18. Bone mortis votum.

Moriatur anima mea morte justorum, & stant novissimi. *Num. c. 23. ma mea horum similia; exclamat vates Balaam. v. 10.*

Quantō rectius vovisset: Vivat anima mea vitā justorum, ut & mori possit morte justorum. Ridiculum est, mortem bonam appetere, & bonam vitam fugere. Bene vivere laboris, bene mori felicitatis est, sed istud ab re laboris, illo pendet. Qui recusat rubrum pelagus transire, non poterit manna comedere; qui Ægyptiam servitutem amat, terras beatas non continget. Pie hic & eleganter Bernardus: *Vitam, inquit, hac morte ego frequenter cadam, & evadam laqueos mortis, ut non sedam vitæ luxuriantis mortifera blandimenta, ut non obstupescam ad sensum libidinis, ad esum avaritiæ, ad iracundiæ & impatientiæ stimulos, & angores sollicitudinum, & molestias curarum. Bona mors quæ vitam non auget, sed transfert in melius.*

C Niditrum hæc illa mors est, quam sibi votis omnibus expectat, qui vitam ambit mortis ignaram. Ante mortem mori vitis, mors omnium optima est. *Mors optima quæ?*

§. 19. Somnus Mortis frater.

Refert Pausanias, Olympiæ visam à se statuat, noctem, figurā habitūque muliebri: hæc puerum Noctis si-album dormientem dextera tenebat, levā nigrum dormientem similem. Horum primum appellari Somnum, alterum Letum, utrumque autem Noctis esse filium. *Lib. 6. Æ-nid.*

Gorgias Leontinus, jam senio confectus, & ad vitæ metam spectans, adversa valetudine correptus est. Ad hunc amicorum quidam revisit, repetitque optimam senem in somnum prolapsam: evigilantem interrogavit, qui haberet? Cui Gorgias respondit: Jam somnus incipit suo me fratri tradere.

D Quisquis est Christiani sanguinis, nunquam se somno permittat, quin suam prius conscientiam conveniat, & noxas dolendo detergat. Multi dormire cœperunt & simul mori, qui prius vitam quam somnum finierunt. Itaque ipse etiam somnus Leti frater timendus, & quàm fieri potest, non cautissimè tantum, sed & caustissimè adeundus. Qui non castè dormit, vix castè vigilabit.

Somnus timendus.

§. 20. Mortis prodromi.

ÆTERNITATIS prodromus mors, mortis prodromi mi notissimi, dolores & signa letalia. Letale si-gnum, si Plinio credimus, in furoris agitudine, risus est; in aliis verò morbis, inæqualis & formicans venarum percussus, sed & oculi ac nares indubitata mortis signa exhibent. Cum Plinio experientia quoque loquitur, vicinæ mortis esse indicia, cum periculosè egroti itinera disponunt, & fugam moliantur à lecto; cum straga-

straga-

stragulam vestem plicant, aut operimenti quasi villos ^A
deceperunt. Preter hæc subinde quedam velut prælia
sunt quæ mortem appropinquantem non vanè nuntiant.
Augustus Imperator ante efflatam animam subito pa-
vesfactus, à quadraginta fæ juvenibus abrupi questus est.
Id quoque magis prælagium, inquit Suetonius, quàm
mentis alienatæ signum fuit. Siquidem totidem Præ-
toriani milites, eum mortuum in publicum extule-
runt.

Platarch. &
Arrian.

Cum Alexander Rex Macedo ad Babylonem navigaret, exortus ventus regium capitis ornamentum & alligatum ei diadema rapuit, ornamentum in aquas delapso, palustri arundini adhaesit, diadema. Hoc ei nautis quidam allatum iit, sed ne illud natando maderaceret, capiti impoluit, atque sic Alexander retulit. Muneri loco talentum accepit nauta, sed mox Chaldaeorum monitu capite plexus est. Sed nec Alexander mortem effugit, quam ei ablatum diadema proximam portendit.

Baron. tom.
12. anno
1185. Vide
consider. de
Æternitate
Confid. 5. §
3. Cap. 1.
§. 38. suprà.
Chronicon
Monasterii
Monach.

Anno Christiano 1185, cum ingens, idque ultimum
Andronico Commeno Imperatori exitium immineret,
Constantinopoli in templo statua beati Pauli, quam ei
Andronicus posuerat, ubertim flevit. Nec vana fuerunt
lacrimae, quas Imperator sanguine suo diluit.

Prælagum somnium. Guiljelmi Ducis Bavariam supra narravimus. Huic fangis cognati virginem adstitimus. Barbara Bavarie princeps, quinquennis cœnobium virginum Monachii est ingressa. Hanc Rex Gallie conjugem sibi petiit à Duce Alberto fratre germano Barbaræ. Hoc cum innotuisset puella, triduum petiit deliberationis. Et isto quidem tempore remotis à searbitris, cum solo Deo egit, ardentius sapius precata in tempore, divinæ voluntati explorandæ. Elapso triduo respondit: Mei parentes me Deo donarunt, hoc ego donum non revoco. Ita in cœnobio permansit. Inter alia sibi concessa habuit amaracum tam prodigiosæ magnitudinis, ut huic portandæ viginti viri sufficerent. Grandem deinde caveam avibus plenam aluit. Sed & torquem aureum sibi sacro vclamine, nudo corpori applicitum gestavit. Verùm quatuordecim diebus ante obitum Barbaræ, amaracum omnis exaruit; nocte alterâ omnes aves repertæ sunt mortuæ; tertiâ demum nocte medius torques rupit. Barbara prælagi animi virgo, Antistitam conveniens: Hæc omnia, inquit, me perunt. Et paucis post diebus, cum animum ageret decimum septimum, obiit, die Divo Ioanni Baptista sacro, anno 1472. Post illustissimæ hujus virginis mortem decimo quarto die; alia è monachialium numero defuncta est, hanc iterum alia æquare se secure fuit moriendo, dum viginti virgines, ex eadem sacra familia certis intervallis obierunt.

Dicto lib.

Habent lubide viri principes feminaeque mortis
suae praemia, insolitos latratus canum, rugitus leo-
num, intempestivos in horologiis sonitus, nocturnos
in arcibus tumultus, aliisque propinque mortis in-
dicia. Rectissime dixit Plinius: Cum innumerable sint
mortis signa, salutis securitatisque nulla sunt. Quid
verò illa omnia monent, nisi hoc ipsum: Memento te
esse hominem, o homo! Aeternitatem cogita ad quam
properas: Brevis est eundem, nam hoīes es quare
viam: Age sis parata te, ad Dei tribunal reortu omni-
nium scopulum vocaris. Qualis vixisti, talis judica-
beris.

§. 21. *Quid ad mortis nuntium respondendum.*

Paulinus in
vici Am-
brosii.

Beatus Ambrosius, accepto mortis nuntio, cum amici lugerent rogarentque ut longius vitæ spatium à Deo posceret: Non sic vixi, ait, ut me pudeat inter vos vivere: sed nec mori timeo, quia bonum Dominum habemus.

Sapientissimum hoc responsum Augustinus plurimum suspexit, & apud suos tanquam climata profusum & librata verba maximopere commendavit. Ideo enim dixisse censuimus, *Nec mori timeo, quia bonum Dominum habemus*, ne crederetur de purgatissimis suis moribus praesentius sentire, qui magis Domini bonitati, quam suis meritis fidebat.

Ipse Augustinus, ad mortis nuntium nil turbatus: *Possid. in vi-
ta Augustini*
Non erit magnus, inquit, magnum putans quod ca-
dunt ligna & lapides. & mortales moriuntur. *c. 27.*

Aurei oris orator Chrysostomus paullo ante mor-
tem, exul ad Innocentium scripsit : Nos tertium jam
annum in exilio versamur, expositi petentibus, fami-
bello, contumaci incurfionibus, solitudini inenarrabili,
quotidiane morti, Ifaurici gladiis. Cum vero jam ef-
fet acturus animam, clare pronuntiavit : *Gloria tibi
Domine, de rebus omnibus.*

Divus Cyprianus ob Christianam religionem capite
damnatus, ingenti spiritu dixit: Deo gratias, qui me
corporis vinculis dignatur absolvere.

Hos sanctissimos viros imitetur moriturus, dicatque hoc ipsum sæpius : *Deo gratias, Gloria tibi Domine, de rebus omnibus*. Sat mihi vigiliatum inter spinas, sat lulum inter feras, sat laboratum inter procellas. Nunc, quia vigiliarum, & lulum, & laboris finem video, *Deo gratias, Gloria tibi Domine, de rebus omnibus*. Nimirum, quibus vita est radio, mors est lucro.

§. 22. *Mors dulcissima, sed pessima.*

Georgius Clarentia Dux à fratre Eduardo IV. Angliae Rege ob suspensionem affectatū regni iustus est mori, data tamen mortis optione. Ille suauissimam mortem electurus, labrum vino Cretico impleri præcepit, in hoc ipse se collocauit, atque ut alii per stillicidia emittunt animam, sic ille dulcissimum liquorem sorbendo, stillatim admisit mortem, submersus tandem in hoc tam suavi, sed letali balneo.

Si mores spectemus, suus quisque sic moriuntur! Voluptatum melleam potionem tam intemperanter bibunt quam sicut, nec ullum faciunt aut sicuti ad bibendi modum. Ita dum sugunt, dum lambunt, dum sorbent, dum tota animâ in se trahunt voluptates vanas, breves, facidas, penitendas, heu miseri guttatim exitium combibunt, ventris acclibidinis mancipia. Atque quò avidius melleam hanc bonis hauriunt, eò citius se submergunt. Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt.

§. 23. *Melior mors quàm vita amara.*

Parstat semel mori, quam ad morem saepius accedere. Quotidie morimur, infantiam animus, deinde pueritiam, deinde adolescentiam; usque ad hesternum, quicquid transiit temporis, perit, nec sine labore, ac ærumnis plurimis. Has Gregorius Nazianzenus compendio complexus: Nullum, inquit, inter homines bonum est, quod non aliquid habeat admixtum vitii; opes, sunt infidia; pauperas, pedica est; dignitatum fastus, mera sunt insomnia. Imperare, periculosum; alterius imperio lubesse, molestum: iuventus est temporis fervor; canities, tristis vite occasus. Gloria, est aer; nobilitas, verus sanguis, maritimonium, est vinum; liberi, sunt leges curarum: satietas petulantiam, egestas impatientiam suadet. Omnia denique mortalibus laboriosa sunt; omnia humana merus metus, risus, fluctus; merus status, fumus, volatus. Quidquid in orbe cernitur orbis quidam est perpetua conversione similibus omnia volvens, qui modò videtur stabilis, modò dubius est, modò labilis, diebus, noctibus, laboribus, moribus, mœroribus, voluptatibus, calamitatibus semper incertus ac varius. Et quid demum post illa tam incerta Mors certissima. Eleganter prorsus Augustinus: Mors